ſitionis duas ultimas ſpecies ſumit. & dicit ſe
de affirmatione & negatione dicturum.
(affirmatio . . . et negationis)
Poſt hiſ harum genus proponit id eſt
(genus)
enuntiationem. Ultimum uero quod hominum
(id eſt)
maximum eſt orationem .
Eſt uero quodammodo conuerſus ordo
ab ſpeciebus uſque ad earum genera prima
perueniens. Proponendo enim ab affirma
tione & negatione ad enuntiationem
quod eſt genus aſcenſum eſt
Ab enuntiatione ad enuntiationis
genus quod eſt oratio propoſitio
nem operis leuauit
Diuerſo tamen modo decurrens disputat.
Prius enim de oratione, poſt de enuntiatione.
deinde de affirmatione. poſtremo de diffinitione
negationis edisſerit. Conuerſo ſcilicet
(parebit)
ordine. ſed hoc poſterius liquebit.
Quod autem prius negationem. poſtea propoſuit
(nil refert)
affirmationem nihil inter eſt. cum omnes ſpecies
(aequales ſint ſpecies)
ſpecie ſibi aequales ſint & uni generi aequaliter ſupponantur.
Quaeritur ſi affirmatio & negatio
enuntiationis ſpecies ſunt

Vult huiuſcemodi
cythara quae fide ponit
Alas ſub ore ſibi cui
dialectica plaudat
Sedulus indagator harum
reuolumina hui
Doctus iudaldi gister
ſubiure magiſtri,

NOMINA VII DORMIENTIUM
Maximianus.
Malcus.
Martinianus.
Dionisius.
Iohannes.
Serapion.
Conſtantinus. ALII
Dignus.
Clerus.
Clemens.
Gaudius. Probus.
Verus.
Laetus

(quamcumque uolueris)
necesse eſt quamlibet earum prius indiſcrete pro
ponere. Quemadmodum autem affirmatio et ne
(ſcilicet enuntiatio)
gatio enuntiationis ſpecies ſint. et haec earum gen(us)
(ſecundi libri)
ſecunda editione monſtrandum eſt.

SUNT ERGO EA QUAE SUNT IN UOCE EARUM QUAE SUNT IN ANIMA
(ſignum . . . litterae . . . ſcilicet ſunt nomina)
PASSIONUM NOTAE. ET EA QUAE SCRIBUNTUR EORUM QUAE SUNT
INUOCE. ET QUEMADMODUM NEC LITTERAE OMNIBUS EAEDEM
(ſcilicet ſunt omnibus)
SIC NEC EAEDEM UOCES. Quorum autem haec pri
(ſcilicet ſunt . . . unde)
morum notae eaedem omnibus paſſiones animae ſunt; et quo
(ſcilicet ſunt)
rum haec ſimilitudines res etiam eaedem. EXPLICIT MODILOCUTIONUM.
(ſcilicet et intellectuum)
Quoniam nomen et uerbum in definitionibus ſuis ſignifica
(ſcilicet Ariſtoteles)
tiua paulo poſt propoſiturus eſt primum explicat
quorum ſint ſignificatiua quaecumque ſignificant.
id eſt quae deſignent ipſum nomen & uerbum; Tota
autem ratio ſenſus huiuſmodi eſt; Tria ſunt ex qui
bus omnis collocutio diſputatioque perficitur: Res intel
lectus. uoces. Res ſunt quas animi ratione perci
(ſcilicet ſunt)
pimus; intellectuque diſcernimus. Intellectus uero
(ſcilicet ſunt)
ſunt quibus res ipſas addiſcimus; Uoces quibus id quod
intellectu capimus ſignificamus; Praeter haec autem